



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

In this case, the document is evidence of the existence of a lost Roll, rather than a Roll itself.

For more details of the original court rolls and other documents, please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original document.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original document, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

N.B. This Roll is not extant, but the transaction below is comprised in Muniment 394 and must have been included in a Roll of this date.

## Manerium de Dulwyche

¶ Vicum Franci plegii cum Curia Baronis Francisci Calton Armigeri domini Manerii sui de Dulwyche predictae ibidem tenta die veneris scilicet vicesimo quarto die Octobris Anno Regni Domine nostre Elizabeth dei gracia Anglie Francie & Hibernie Regine fidei defensoris &c Tricesimo Septimo coram Johanne Adye generoso Senescallo ibidem

¶ Ad hanc Curiam venerunt Willelmus Welforthe & Elena uxor eius una filiarum & Coheredum Ricardi Wryght defuncti qui de Domino istius manerii tenent ut in iure ipsius Elene per Copiam Rotulorum Curie huius Manerii ad voluntatem domini secundum Consuetudinem Manerii predicti per alia Antiqua redditus servicia & Consuetudines inde prius debita & de iure Consuetam quartam partem unius mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre arabilis per estimacionem in Dulwyche predicta existentis terre Customarie & native manerii predicti nuper Lanes Lande & postea Johannis Croftes Que quidem mesuagium sive tenementum & quindecim acrae terre native cum pertinentiis prefate Elene ac quibusdam Marie Wryght Katerine Wright & Agneti Wright ut filiabus & heredibus predicti Ricardi Wryght per et post mortem dicti Ricardi Wright secundum Consuetudinem manerii predicti iure hereditaria descenderunt Et eadem Elena inde sola & secreta per Senescallum huius Curie modo in eadem Curia hic examinata existens in plena Curia ista secundum Consuetudinem manerii predicti sursumreddiderunt in manus Domini per manus Senescalli istius Curie totam predictam partem & purpartem ipsius Elene scilicet predictam quartam partem prefatorum mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre native cum pertinentiis Ad opus & usum Thome Parrye heredum & assignatorum suorum imperpetuum Qui quidem Thome Parrye modo presens hic in Curia in propria persona sua petit se admitti ad predictam partem sive purpartem scilicet ad eandem quartam partem prefati mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre native cum pertinentiis secundum formam & intencionem sursumreddicionis predictae. Et quia petitio ipsius Thome Parrye per Senescallum Homagium & Curiam modo hic ex assensu Domini inventa est vera iusta & Racionabilis Ideo Dominus per Senescallum suum modo hic ad istam eandem Curiam concessit eidem Thome Parrye totam predictam partem sive purpartem scilicet ad eandem quartam partem prefati mesuagii sive tenementi &

quindecim acrarum terre native cum pertinenciis Habendum & tenendum eidem Thome Parry heredibus & assignatibus suis de Domino istius Manerii per Copiam Rotulorum Curie ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem Manerii predicti per virgam & per redditus servicia & Consuetudines inde prius debita & de iure consueta Et Dat Domino de fine inde o----- xxx<sup>s</sup> Et fecit ei inde fidelitatem Et habet inde seisinam per virgam Et admissus est inde tenens.

This Roll, or a later one in early 1596, must also have included orders made by the Homage (1) to John Garrett, to rectify an encroachment made by him on neighbouring land, under penalty of 2s for failing to comply ; and (2) to William Dalton (or Dolton), to scour his ditch, about twenty rods long, at Ashpoole end, under penalty of 4d for each rod undone. Both of these are mentioned at the end of the Roll – J14 [previously L5] – for 26 October 1596, and neither order had been carried out.